



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CLIX. Differentia 30. Secundùm leges qui plures actiones in libello habet,
vnam eligere debet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

Secundùm leges qui plures actiones in libello habet, vnam eligere debet. *l. non est novum. ff. De act. empti.* Secundum Canones autem plures simul exhibere potest. *c. Querelam. De elect. c. Dilectus. de capell. monach. Galvan. 98.*

I. *Glossa in cit. c. Querelam. v. Petens.*

Pa. et. inquit, duas actiones simul proponi posse in eodem libello. Et in *c. Dilectus.* ubi *M. Synlicus* pectorium, & possessionum simul intentabat, duæ actiones simul in eodem libello possunt proponi: sicut & de possessione soli interdicto unde vi possum experiri, & de rebus vi ablati, ad exhibendum, vel vi honorum rapt. *ff. De vi, & vi arm. l. 1. §. si fundus,* de quo, & pro eadem re possunt ista duo simul intencari, & ab eadem parte ut hic, & supra. *De causa poss. & prop. c. 2. 3. & 4. c. Cum dilectus. & c. Pastoralis.* Vnum quoque iudicium sufficit ad plures societates. *ff. pro socio. l. cum duob. §. si plures:* & hoc fit causâ dirimendarum litium, *arg. l. non est novum. ff. De act. empt.*

II. Ex his colligitur, non valdè disparem juris civilis sensum esse, cum *l. citata.* Non est novum. Manifestè dicat duas obligationes in eiusdem persona de eadem re concurrere, indeque *Bartol.* deducat duas actiones inferi posse in uno eodemque libello. *Diversarum*

enim rerum nomine potest quis diversis actionibus uti, cum videlicet ita connectæ sint, ut eodem iudicio debeat queant. Tunc igitur ex pluribus vna eligit actor, quando propter diversitatem simul expediri non possunt: alio modo, cuius probationes faciliores sunt, & onus probandi in adversarium transferri patitur. Ita suadet *Decianus l. c. 21. num. 11.*

III. Iure Canonico absolute permittitur plures actiones simul exhibere, & peragere, ut supra *Differentiâ 139.* indicatum est. Si quis ex. gr. clericum in loco sacro percusserit de iniuria simul, & sacrilegio accusari potest. Similiter si adulterium quis committat cum contumacia, utriusque reus agatur adulterij & incestus, *c. 2. & ult. De eo qui cognoscit, quam poll. per adult. v. Dynum in l. Nullus pluribus. num. 49. Decianus in §. Quoties. ff. cum allegatis ab eod.*

* *

•